

imperfectione rerū, quę adeo parū habent de ueritate, & entitate, ut uix quid sint, apprehēdi possit, quandoque uero ex imperfectione intellectus nostri, qui se ad immaterialia & manifestissima naturę habet, sicut nocticoracis oculus ad luce solis.

Vbiſu. Consuetudinibus libentius audiuntur & discuntur.

I.c. 14. Consuetudo enim est altera natura: inclinat enim ad unum per modum naturae, naturalia autem facilius recipiuntur. Consuetudo enim magnam uim habet: unde propter diuersas consuetudines diuersi diuersimode disciplinas acceptat. Quidam enim ut mathematici, uolunt in omnibus demonstrationes, alijs exempla sensibilia, alijs authoritates poetarum uel sapientum, alijs uolut, quod subtiliter & cum magna certitudine res inquirantur, quia sic sunt consueti audire & discere, quidam autem econuerso tristantur, siquid cum diligentis discussione inquiratur.

T.c. 15. Absurdum est quod homo simul querat scientiam & modum sciendi, qui conuenit ei.

s.t. ibi.

Oportet enim primo querere modū, qui scientiae conuenit: non enim est facile, quod homo simul duo capiat, nam saepe dum simul duo capere querit, neutrum capit, oportet igitur prius discere logicam, quae alij scientijs comparata, est modulus sciendi in omnibus, licet in se sit scientia.

T.c. 16. Modus sciendi optimus, qui est per diligentem et certam inquisitionem, non est in omnibus scientijs querendus.

Quædam enim sunt, in quibus non est omni-
moda